



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Michael. Baii Regii In S. Theolog. Profess. Acad.
Lovaniensis, Ad Qvaestiones Philippi Marnixij
Sanct-Aldegondi De Ecclesia Christi, & Sacramento Altaris
Responsio**

Bajus, Michael

Coloniae, 1579

VD16 B 930

Epistola Sanct-Aldegondi, de eadem responsione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30353

Q12409219 1442 1
PISTOLA PHILIPPI
Marnixij Sanct-Aldegondi de
suprascripta responsione.



Itera tua eruditio ne an benevolentia
atque humanitatis pleniores, Reueren-
de: D. Doctor, ita mihi fuere grata, n
quod omnium est gratissimum. Fuit e-
mim iucundum a tali ac tanto viro, quem sciebam
negotiorum ac laborum ingenti propemodum mole
obrui, eam tamen mihi praestari operam, quae posset &
ad Dei gloriam promouendam, & ad fidem corro-
borandam esse vehementer utilis. Sed multo etiam
fuit iucundius in grauissima questione, quam ego
omnium nostrarum controversiarum tantum non
cardinem ac fundamentum praeципuum esse semper
sum arbitratus, prope ad amissim nos consentire.
Itaque ago, mi Domine, gratias tibi pro hoc benefi-
cio, meumque studium atque operam, si qua in re
commodare aut prodeesse potero, tibi, tuisque polli-
ceor; & humanitate tua fatus, pergo in priori-
bus questionibus reliquos; si qui restant, scrupulos
enodare, & simul responsionem ad posteriores depos-
cere. Quantum igitur ex tua, imo potius Augustini
sententia possum coniungere, omnino ita sentis, yu-
cum Ecclesiasticarū traditionum ^{μετάφρασις}, ynicum
lapidem Lydium atque iudicem esse verba Domini
nostrī Iesu Christi tradita sacrae scriptura, disertū
paginis, nec audiendum esse: Hoc dicit Augustinus,
hoc dicunt Donatistæ, sed hæc dicit Dominus: in
libris Dominicis: quibus virisque credimus, virique

PI
di de
on ot

uoileia
eueren-
ata, n
Fuit e-
sciebam
m mole
osset &
n corro-
o etiam
uam ego
um non
sempre
nsentire.
e benefi-
ua in re
ue poll-
n priori-
Scrupulos
res depos-
augustini,
entis, vu-
v, vnicum
ia Domini
e, disertu
ugustini,
inur: & in
us, virique
affere

EPIST. SANCT. ALDEG.

assentimur, querendam esse ecclesiam, causamque
omnem nostram & controuersiam discutiendam.
Denique iudicium de Christi ecclesia, eiusque doctrina,
& sacramentis, (hoc enim ex priore necessario
efficitur) ex sola scriptura peti debere. In hoc certe
ego tibi per omnia planissime assentior, ac vere ita
statuo, si hoc ipsum impetremus, facile reliquias om-
nes controuersias ac nullo negotio iri compositum.
Ut enim post Paulum ait Athanasius, sufficiunt san-
cta ac diuinatus inspiratae scripturae, ad omnem in-
structionem veritatis. Quamobrem et si libens confi-
teor, quod ait, veros fideles, ut ex scripturis sacris de
Christi ecclesia verum iudicium accipient, eorum
se studio, diligentia, & testimonio iuuare, qui praecae-
teris vera sapientia a Deo datur si fuisse creduntur, in-
ter quos ego Augustinum non grauate reposuerim;
tamen illud cum Chrysostomo liceat contendere,
multos quidem Spiritum sanctum iactare, sed qui
propria loquantur, falso illum pretendere; ut enim
Christus non a seipso logni se testatur, quia ex lege
loquebatur & prophetis: ita si quid praeter euangelium
sub titulo Spiritus sancti obtruditur, non creda-
mus, quia sicuti Christus legis & Prophetarum im-
pletio est, ita spiritus Euangeli. Deinde & hoc addo,
quod Augustinus, eiusque similes, vera a Deo sapi-
entia prae ceteris ditati fuisse credantur, id non ali-
unde fuisse adeptos, nisi quod scripturis, qua sole
hanc sapientiam uberrimo latice profundunt, & so-
la hominem reddunt ad salutem eruditum, per si-
dem in Christo Iesu, consentanea & senserint, &
scriperint. Quo enim quisque proprius ab hoc fonte
suos irrigat doctrinarum tubos, eo puriori certe lim-

b

phe



EPISTOLA

pha lectorem quisque reficit: quo vero remotius, eo
inquinatore, ita ut qui se longissimo intervallo abea-
dem continent, iij iam non inter pios & sinceros Ec-
clesiae doctores, sed inter hereticos, & scripturarum
depravatores connumerentur, cuius cum eadem
penitus sit in Conciliis, Pontificum decretis, & Scho-
lasticorum placitis statuenda ratio, non est quod
vereat cum Augustino pronunciare: Nec ego Ni-
cænam synodum tibi, nec tu mihi Ariminensem
debes, tanquam præiudicaturus, obiecere, nec ego
eius autoritate, nec tu illius detineris, scriptura-
rum autoritatibus, non quorūcunque proprijs,
sed quæ virisque sint communes, rescumre, causa
cum causa, ratio cum ratione certet. In summa hoc
inter nos conueniat doctrina Apostolica, & Prophe-
tica, cui soli innixa est ecclesia, iudicium omne
ad scripturam sacram esse reuocandum, om-
niaque omnium vel patrum dogmata, vel condi-
liorum decreta, vel Pontificum placita, vel
Scholasticorum axiomata, non aliter esse accipien-
da, nisi quatenus huic scriptura sunt consen-
tanea.

Quod ad alteram questionem attinet: An Eccle-
sia verbo Dei, an potius verbum Dei Ecclesia autho-
ritatem tribuat? ita mihi per omnia satisfecisti, n
non potuerim istum tuum candorem non vehemen-
ter exosculari. Ne tu per quam eruditæ ac pie respon-
sionem tuam comparatione Ioannis Baptista in
Christi doctrina confirmasti, ita ut in hoc capitulo
laret et inter nos controversia.

Postremum tantum Epistola tua caput, de co-
stitutionibus Ecclesiae, vellem paulo dilucidius expli-
casse.

SANCT. ALDEGONDI.


casses. Ais enim ubi regnum agnoscitur, non posse negari constitutiones: quod certe libenter damus, sed simul addimus, ab ipso rege in quo quis quidem regno constitutiones debere proficiat; sed maxime certe in Christi Ecclesia, in qua Christus ita regem agit, ut simul sit & corporis caput, & sponsa maritus, & ouium pastor, ita ut unius eius vocem audiant omnes, imperium accipiat sponsa, spiritu vegetentur ac moueantur membra, constitutionibus denique obtemperet populus: Ipse enim unus est, de quo dictum est: Hunc audite, ac proinde semper atque indefessa seculorum continuatione resonauit, ac resonat in auribus ecclesiae ista regis unius lex ac mandatum: Quod praeceptio tibi, hoc obseruabis ut facias, non addes quicquam, nec detrahes. & illa: Non addes ad verbum Domini, nec minuas ex eo, ne te forte arguat inueniaris que mendax. item: Audiendo audite vocem meam, & ero vobis Deus, & eritis mihi populus, & ambulabitis in omni via quam, mandauero vobis. Item: Nunquid vult Deus holocausta & victimas, & non potius ut obediatur voce sua? melior est enim obedientia quam, victimae, & auscultare magis quam offerre adipem arietum, quin quasi peccatum ariolandi non auscultare, & quasi idololatria iniquitas non acquiescere. & item: In constitutionibus patrum vestrorum ne ambuletis, & iudicia eorum seu decretorum ne obseruetis, & pollutionibus eorum ne conspurcetis, ego enim sum Iehoua Deus vester: in constitutionibus meis ambulate, & decretorum meorum iudicia obseruate, & facite ea, aliæque scripturæ, quibus induci patres infinitis locis affirmarunt, quicquid non esset manifesto Dei

EPISTOLA

verbo' fundatum, habendum esse pro sacrilegio; ne
enim in villo ferendum est regno, rege viuo, ac rego-
nante, ac iussa sua ex sacrarum tabularum prascrip-
to dictante, a quoquam alio legem, constitutionem
que sanciri. In quo si te habebo, quod certe tua men-
tis ac iudicij perspicuitate, & simul eruditiois ubi-
tatefretus confido, ad stipulatorem, nihil planer-
stat amplius in priori de Ecclesia quæstione, quod
habeat scrupulum: ac proinde rogo, ut ad posteriores
de Sacramento interrogaciones, tuam primo
quoque tempore audiam sententiam.
Vale, datum Bruxellæ quin-
ta Nouem. 1577.

Reuerentia tuae studiosissimus

Philippus de Marnix



R.E.